

Arnold Böldeker   Georg Bornentin

## **Centuria Conclusionum Iuridicarum De Iniuriis Et Famosis Libellis**

Rostochi[i]: Typis Haeredum Richelianorum, 1618


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730634469>

Druck   Freier  Zugang



Vert. : G. Bornemann  
A. Boddiker. 1a  
R. U. jur. 1618.







CENTURIA  
 CONCLUSIONUM JURIDICARUM  
 DE  
 INIURIIS  
 ET  
 FAMOSIS LIBELLIS  
 QUAM  
 DEO AVSPICE

In Alma & praeclara Academia Rostochiana amplissimi  
 Actorum Collegij. indultu

SUB  
 PRESIDIO.

CLARISSIMI ET CONSULTISSIMI VIRI

ARNOLDI BOODJÆX I.U.D.  
 Eventilandam.

Exhibet & proponit. Ad 3. diem Calend. Maij.

GEORGIVS BORNENTINVS

Belgardia - Pomeranus

Imperator Leo in Novell. const. prooemio.

*Leges sunt tanquam custodes quidam vite nostrae & medici, dum  
 mala, partim ne oriantur ac in vitam communem promanent, impediunt;  
 partim vero, que mala occulta sunt, insinuant terq. irreperunt, rea-  
 rum noxam corrigunt, ac velut radicitus vitiositatem evellunt, eamq.  
 non sinunt corroborari.*

ROSTOCHI

Typis Hæredum Richeliorum excusa.

Anno Epochæ Christianæ  
 M D C XIX



1618.







CENTURIA  
CONCLUSIONUM JURIDICARUM  
DE  
INIURIIS  
ET  
FAMOSIS LIBELLIS  
QUAM  
DEO AVSPICE

In Alma & prelustri Academia Rostochiana amplissimi  
Istorum Collegij indultu

U B  
PRÆSIDIO.

CLARISSIMI ET CONSULTISSIMI VIRI

ARNOLDI BOBOLÆX/ I.U.D.  
Eventilandam

Exhibet & proponit. Ad 3. diem Calend. Maij.

GEORGIUS BORNENTINVS

Belgardia - Pomeranus

Imperator Leo in Novell. const. procermio.

Leges sunt tanquam custodes quidam vite nostre & medici, dum  
mala, partim ne oriantur ac in vitam communem promanent, impediunt;  
partim verò, que mala occulta sunt, insinuant terq, irrepserunt, rea-  
rum noxam corrigunt, ac velut radicibus vitiositatem evellunt, eamq,  
non sinunt corroborari.

ROSTOCHI

Typis Hæredum Richeliorum excusa.

Anno Epochæ Christianæ

D. C. XIII



1618



# VIRORUM

Nobilissimo, Excellentissimo & Experientissimo

DN. JOHANNI HEINRICO à Flemingens  
Equiti & Marschallo Pomeraniæ generoso, Cathedræ  
Caminensis Decano spectabili, Hereditario in Mar  
tentin/ Bena & Schwiffen.

DN. IURG. VALENTINO WYNTHE-  
RO J. U. D. Comiti Palatino, Illm. Pomer. Prin-  
cipis Consiliario, & Capitulari inclutissimo.

DN. IOHANNI KLUGIO Philosoph. & Med.  
Doctori præsigni, & Archiatro fidelissimo.

NEC NON

AMPLISSIMIS PRVDENTISSIMISQVE,  
DNN. COSS. Senatoribus & Reip. Belgardiensis  
Senioribus Lectissimis.

a. Agell. l. 1.  
not. Attic. c. 9.

b. Alciatus Ictus  
in Epigram.

c. Plutarchus.  
d. Gell. l. 5. c. 9.

Est abhinc septennium exactum, quo patrios lares relinquenti aliena  
loca Musis sacra adire mihi prolubu fuit. Ab eo tempore mihi majus  
quàm illud Pythagoræ silentium fuit (teste Agell. a.) ex quo Scadicum  
indixi, nec quid vel disputatorij vel oratorij exercitij proprio Marte con-  
fecti, partim ex ingenij tenuitate, partim ex commoditate inopia, & vul-  
gari. At præsens dies, cum quid aliud efflagitavit monuitq, ut ex Harpocrate  
oculos mentemq, in PHARISAM b. verterem, digitoq, labijs impressos di-  
moverem, capi pro meo modulo, non ex promiscuis glossis, sed subdialibus  
& puri putis juris civilis fontibus, tractare præsentem materiam, ut post  
moroso silentio indignam, imo satù necessariam, quæ ejus etiã durissimò  
Catonis c. silentiũ rumperet, & antea non loquentem Agell. d. quen-  
dam, oris vinculo ex injuriarum radio solveret: cum injurijs in foro, imò  
in toto orbe nihil vel celebrius, nihil gregalius aut frequentius: à jure verò  
& justiciã, quæ sagrex est & obsolecta, quoquo versus sit solitudo. Hanc  
v. primitiam opellam meam Viri nobilissimi, prudentissimi,  
præstantissimiq; ad OPTIMA QUÆQUE NATI,  
visum fuit facere ut vestris nominibus insignirem; vobisq, dedicarem &  
efflictim rogans, ut benigno vultu excipiatù, eamq, patrocinio vestro di-  
gnantes, ab injurijs & calumnijs Momis vindicetis.

Hæc iuridicas primitias offero

GEORGIUS BORNENTINVS Auctor & Respondens



# CONCLUSIO.

## I.

**I**njuria GENERATIVIM denotat omne, quod non jure fit, quasi nō jura dicta, (a) quod omni jure & justiciā careat: SPECIATIVIM v. accepta dicitur vel damnnum culpā datum, ut in L. Aquiliā: vel iniquitas seu injusticia, ut cum per iniquam judicis sententiam quis injuriam accepisse, hoc est, passū esse dicitur: novissimē verō, ut hoc loci, accipitur pro contumeliā a contemnendo sic dictā. a.

a. l. 1. in pr. ff. de injur. & in pr. Inst. ibid.

2. Nec hoc initio prætereundum, vocem injuriæ (monente Agellio b.) referri inter ea vocabula, quæ utroque versum dicuntur, & de eo qui injuriam facit, seu quoq; cujus operā injuria factum itur: & de eo qui injuriam patitur.

b. l. 1. No. Artic. c. 12.

3. Eam injuriam qualiter qualiter sic describo. *Injuria est privatum delictum. c. quod quis animo fraudulento vel doloso adfectu. d. ad alterius directe vel per consequentias, infamiam vel invidiam pertinentem. e. vel contra bonos mores f. re vel verbis committit. g.*

c. l. injuriarum  
7. C. de injur.  
d. l. illud. 3. in verb. cum anim  
ff. h. t.

4. Illud peraq; relatum est eos qui injuriam pati possunt & facere posse. Quam regulam restringit Ictus Ulp. in L. Illud. 3. §. 1. ff. h. t. dicem: Sane sunt quidam qui facere non possunt: Ut puta furiosus & impubes, qui doli capax non est, namq; hi injuriam pati solent non facere. Hujus sui dicti addit hanc rationem: Cum enim (inquit) injuria ex affectu facientis consistat, consequens erit dicere, hos sive pulsent sive conviciū dicant, injuriam fecisse non videri. Ex quibus verbis concinna hæc sub contraria duarum propositionum particularium, unius affirmativæ, alterius negativæ oppositio colligitur: *Quidam*

e. l. 1. §. 3. ff. h. t.  
f. t. l. 15. ff. hic  
g. l. 1. §. 1. ff. hic.



Quidam qui injuriam pati possunt, etiam injuriam facere possunt. Quidam qui injuriam pati possunt, non etiam injuriam facere possunt.

5. Tandem concludit ICtus Ulp. in d. l. 3. §. 2. Itaque Pati quis injuriam, etiamsi non sentiat, POTEST facere nemo, NISI qui scit se injuriam facere. Quod monstrat binis subditis facti speciebus. 1. SI QUIS per locum percutiat, aut dum certat, injuriarum non tenetur. 2: Si quis hominem liberum ceciderit, dum putat servum suum; in ea causa est ne injuriarum teneatur. His additur ex ICto Paulo in L. 4. ff hic. idem exemplum; si cum servo meo pugnum ducere vellem, in proximo te stantem invitus percussissem, injuriarum non teneor.

6. Rectissime. Nam ut quis injuriarum teneatur, vel illarū condignam pœnā sustineat, ad hoc necesse est fraudulentus & dolosus injuriæ adficiendæ adfectus; ex hoc enim, tanquam ex fundamento consistit injuria. h. At (subsumo) in dictis facti speciebus non adest dolus; Culpa quidē subest: at ea in actione iniuriarū nō attē litur quē ad modū in L. Aquilia p l. 5 §. 1. ff. ad L. Aquil. Ergo in dictis facti speciebus rectissime statuitur inferentes tale quid alteri non teneri injuriarum. Nam in priori exemplo inferitur injuria παραλόγως hoc est, inopinatio vel casu quodam, vel præter opinionem agentis & dicitur ἀτύχημα; in posterioribus v. duobus exemplis non quidem παραλόγως, sed tamen ἀνευ κακίας, hoc est, absq; malitia inferitur & vocatur ἀμάρτυρα. Et ex hac ratione Doctores volunt ebrios & iracundos propter animi commotionem in levioribus: non item verò in gravioribus realibus injuriis excusari per subsequentem pœnitentiam: quæ etsi eos non plane extimat tamē pœna mitiori facit affligi prout sentit Wetleb.

h. l. illud. 3. §. 2. in verb. cum animo ff. h. r.

in injuriam adhiberi  
capitulum...  
l. Theoph. Gob.  
§. 5. Eshu. cap. 8.

in π. ff. de h. n. §. 4. ad 2. ob. 110. n. 27. H. 22. 22  
ad 2. ob. 110. n. 27. H. 22. 22  
ad 2. ob. 110. n. 27. H. 22. 22



7. E contrario verò concludit Ictus Ulp. in d. l. 3. §. 3. Qui scit se injuriam facere, etiam si non sciat cui injuriam faciat, nihilominus tamen eum teneri injuriarum. Quod sane p rælustri quodam exemplo declarat Ictus Paulus in L. cum qui 18. §. 3. ff. h. t. Si injuria mihi fiat ab eo cui sim ignotus, aut si quis putet me Lucium Titium esse, cum sim Gaius Seius; prævalet quod PRINCIPALE est, injuriam eum mihi facere velle. nam certus ego sum, licet ille putet me alium esse, quam sum: & ideo injuriarum habeo.

8. Pari ratione injuriarum tenetur, si quis alteri vitia animo injuriandi obijciat, etiam si sint verissima: ut si quis alterum Contumeliosè dicat mendicum, spurium, cæcum, claudum, pediculosum, judæum: cum satis sit in humanum alienos natos aut imbecillitates probrosè detegere, quas satis est prævelare, quàm revelare operire quàm aperire; tū quod talismodi aculeata dicta famam nostram fodient ac saucient, & auctoritatem apud alios honoratiores minuunt: nisi animo jocandi quid fuerit prolatum: cum qualibet causa etiam facta & iniqua exuret à dolo.

9. Quod procedit etiam in aliis gravioribus criminibus; quæ si quis alteri probrosè animo injuriandi obijcit, etiam si hoc scire Reipublicæ maxime expediat p L. cum qui. 18. ff. h. t. nihilominus tenetur injuriarum cum pravus animus revelantis remfaciat iniquam & suspectam. k. ut hinc rectè dixerit Cicerò in Paradoxis: Peccata non rerum eventu sed vitij hominum metienda esse. Et hanc sententiã defensat Mynfingerus. l. & hunc secutus Valent. Forsterus. m.

10. Cum verò animi hominum recessus ferme sint impervestigabiles & res adeo non sic cognitu facitis.

*Handwritten notes in right margin:*  
 Annotatio com...  
 l. 3. §. 3. Qui scit se injuriam facere...  
 l. cum qui 18. §. 3. ff. h. t.  
 Si injuria mihi fiat...  
 pari ratione injuriarum tenetur...  
 Cicerò in Paradoxis...  
 Mynfingerus...  
 Valent. Forsterus...  
 l. 4. cent. obs. 4.  
 m. l. r. disp. ult.  
 th. 13. argro.  
 Novell. 77. ult. C. ult.  
 in camera...

*Handwritten notes at bottom of page:*  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...





*Quid injuria facienda causa dictum vel factum esse, hinc querunt Dd. cuius onus probandi id ipsum incumbat? Et quidem recte Hieron. Treutlerus. n. examussum hic distinguit: an illacum de sui natura sit probrosum: an vero nec de sui natura nec moribus contumeliosum: & priori casu reo nisi conjuncta persona sit: posteriori vero casu, actori dicit onus probandi incumbere.*

*n. vol. 2. disp. 30  
th. 5. l. B. &  
ATUM. disp. 17.  
th. 5.*

Quid injuria facienda causa dictum vel factum esse, hinc querunt Dd. cuius onus probandi id ipsum incumbat? Et quidem recte Hieron. Treutlerus. n. examussum hic distinguit: an illacum de sui natura sit probrosum: an vero nec de sui natura nec moribus contumeliosum: & priori casu reo nisi conjuncta persona sit: posteriori vero casu, actori dicit onus probandi incumbere.

*o. l. 2. obs. 105.  
p. d. vol. 2. disp  
30. th. 6.*

1) Circa hæc vero satis illa pertorta & dubia quaestio moveri potest: an eo casu quo reo incumbit onus probandi, possit ei deferri juramentum purgationis? Et posse statuit in quibusdam casibus Andreas Gallius. o. quem sequitur Treutlerus. p.

*q l. 1. §. item 3.  
ff. de injur.*

12. Descendamus jam ad eos QUIBUS inferatur injuria & quot modis. Et quidem hoc fit vel DIRECTE vel OBLIQUE. q.

*7. l. 1. §. 2.  
ff. hic.*

13. DIRECTE cum quis per semetipsum ut puta paterfamilias vel materfamilias injuriam patiat.

*f l. Lex. Cornel  
5. §. 1. ff. hic.*

14. OBLIQUE seu per consequentias: cum alicui per alias personas affectui vel potestati suæ subiectas iniuria inferatur:

*1. l. item 15. §.  
sequis. §. ff. h. t.  
u. l. item 15. §.  
3. ff. hic.*

15. Comittitur autem iniuria vel RE vel VERBIS. p.

16. RE quotiens manus in corpus vel VERBERATIONE quæ cum dolore: vel PULSATIONE quæ sine dolore fit. / inferuntur: vel si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levata, & saepe territus, quasi vapulaturus, non tamen percussus.

17. VERBIS quotiens manus non inferuntur convitium fit.

18. CONVITIUM autem dicitur vel à concitatione vel à conventu hoc est collatione vocum, cum enim in unum complures voces conferuntur, conviciū appellatur quasi convocium. u.

19. Illud



19. Illud *convitium* concisè & strictim sic describo.  
*Convitium est maledictum, quod quis (sive unus sive plures)*  
*in certam personam (vel presentem vpl absentem) in catu*  
*dixit cum vociferatione, quæ bonis moribus improbatur, &*  
*ad infamiam vel invidiam alicujus spectat. x.*

20. Species hujus verbalis injuriæ est SCRIPTA:  
quæ est, quâ alterius hominis fama, libelli, hystoria,  
carminû, *Ἰνυργραμμάτω* (b. e. inscriptionum) *scriptio*  
*compositione, & cum nomine (sive suo sive alterius)*  
*vel sine nomine, editione laceratur. y.*

21. Species injuriæ scriptæ est FAMOSUS  
LIBELLUS (qui alias Pasquillus dicitur à Pasquino  
quodam Momo futuro in Pontificem Romanû liberè  
invehente) & perfabrè describitur a Cl. *Dn. Linde-*  
*manno* z. hunc in modum: *Famosus Libellus est quo alicui*  
*te dño nomine crimen aliquod pœnam capitalem, vel corporis*  
*afflictivam mœrens, impingitur.*

22. Omnis autem INJURIA aut in corpus infer  
tur, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinet. a.

23. In CORPUS cum quis pugno pulsatus aut  
fustibus casus, vel etiam verberatus erit.

24. AD DIGNITATEM cum comes matronæ  
abducitur.

25. AD INFAMIAM cum pudicitia adtemptatur

26. ADTEMPTARI verò pudicitiam dicitur,  
cum id agitur, ut ex pudico impudicus fiat. b. quod fit  
vel APPELLANDO vel ASSECTANDO. c.

27. APPEELANDO cum quis blandâ oratione  
vel sermone adtemptat. Hoc enim non est conviti  
um facere, sed adversus bonos mores adtemptare. Qui  
v. turpibus verbis utitur, non temptat pudicitiam sed  
injuriarum tenetur;

x. per d. l. 15. §.

5. c. 7. 11. 12.

f. hic.

l. 1. Lex. 5. §.

pen. ff. hic.

z. in dist. 8. tit.

4. de injurijs.

ib. 6.

a. l. 1. §. Somnem

§. 2. ff. b. 1.

b. l. 10. ff. hic.

c. l. item. 15.

§. 20. c. seqq.

ff. hic.



28. ASSECTANDO cum quis tacitus frequenter

sequitur: assidua enim frequentia quasi praeber nonnullam infamiam; quod verum est, si id fiat contra bonos mores vel consuetudinem alicuius loci: quod secus est si quis colludendi, si quis officij honeste faciendi gratia id faciat. *d.* quod colligi potest ex circumstantiis temporis, loci & qualitatibus personarum: quarum respectu fit vel mali vel boni praesumptio ut hoc notat *Everhardus à Middelburg. c.* & festivo quodam acroamate declarat, dicens: *Quando scholaris loquitur cum muliere, non praesumitur ei dicere pater noster: ac si sacerdos vel vir religiosus amplectitur mulierem, praesumitur causa benedicendi hoc facere non causa libidinis.*

29. Sunt & adhuc complurimi alij modi, quibus injuria cuiquam infertur: siue cuius bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere *f* imo quod magis est, si quis non debitorem quasi debitorem appellaverit: iniuriae faciendae causa, iniuriarum tenetur. *g.*

30. His adde: si iniuriae faciendae causa Seia domum absentis debitoris signasset, sine autoritate eius, qui concedendi ius potestatem habuit: iniuriarum actio intendi potest. *h.*

31. Si quis libello dato vel Principi vel alicui famam alienam in seclatus fuerit iniuriarum erit agendum *Papinianus ait: i.* Si quis dicat alteri TUMENTIRIS tenetur iniuriarum nec per hanc protestationem SALVA REUERENTIA, ut pote facto contrariam liberatur: nisi iniuriis quis lacesitus sic dixerit, ad sui honoris defensionem: Quod si vero iniurias propulsare sic velit dicendo: TU MEMENTIRIS ut fur, latro, &que iniuriarum tenetur, eo quod moderame inculpatae tutelae honoris excedat, & talia verba magis vindictam redolent quam defensionem *k.*

32. Quod

*d.* §. meminisse  
23. l. item. 15.  
ff. hic.  
*e.* in Loc. Top. d.  
comm. accid. n.  
8.

*f.* §. iniuria. 1.  
Inst. hic.

*g.* l. item. 15.  
§. si quis. 33.  
ff. h. r.

*h.* l. 20. ff. ibid

*i.* l. item apud,  
15. §. 29. ff.  
hic.

*k.* Myns. cent  
5. obs. 17. Gill.  
l. 2. obs. 100.  
Ern. Corhman.  
vol. 2. resp. 4.  
n. 53.



32. Quod si quis testes contra se productos, tanquam testimonij dictionis inidoneos reprobaverit, an teneatur injuriarum, admodum salebrofa est quaestio? sed Johannes Crasius enodatissime eam resolvens distinguit, an teneatur testes sit capitis accusatus, an vero ex civili dum taxat causa conventus? Priori casu non eum teneri; cum quovis tandem modo liceat vitam suam redimere. *m.* quod etiam extendit ad eum casum cum de existimatione agitur vel fama, cujus causam vitae aequipararunt. *n.* Posteriori vero casu injuriarum quem teneri asseverat.

*l. in misc. l. 6. c. 24. n. 5.*

*m. l. 1. ff. de bono cor. qui mort. sibi consc.*

*n. l. isti. § pen. ff. quod met. causa.*

33. Et quidem GENERALITER quodcumque quis fecerit vel dixerit, ut alium infamet, erit actio injuriarum. Haec a. fere sunt quae ad infamiam alterius fiunt, ut puta cum quis ad invidiam alicuius veste lugubri utitur, aut si validam, aut si barbam demittat aut capillos summittat: aut si carmen conscribat vel proponat vel cantet quod pudorem alicujus laedat. *o.*

34. Quo pertinet etiam quod I Crus Iavonolenus in *L. 44. ff. h. r.* infert: Si inferiorum dominus adium, superioris vicini fumigandi causa fumum faceret, aut si superior vicinus in inferiores ades, quid aut projecit aut infuderit: negat Labeo injuriarum agi posse: quod falsum puto: si scilicet INIURIAE faciendae causa quid committitur: quod verum putatur esse, si nullo jure servitutis suffusus hoc fecerit: alias qui jure suo utitur non videtur injuriam facere, *p.*

*o. § generaliter 27. l. 15. ff. h. r.*

*p. l. nullus. § 3. ff. de R. J.*

35. Ne quis vero temere cautio est ad hanc actionem procedat. Sic n. I Crus in *L. 43. ff. h. r.* ait: Qui injuriarum actionem per calumniam instituit extra ordinem damnatur, id est, exilium, aut relegationem aut ordinis amissionem patiatur; Si scilicet quod bene notetur ex *L. 1. § 3.*

**B**

*ff. ad*



*ff. ad SCem Tertull'*: in evidenti calumniâ constitutus fuerit: ac si probabili ratione vel iusto quo piam ductus sit errore, meretur absolutionem.

q. §. in summâ 36. Agitur a. pro iniuriis illatis criminaliter vel  
10. Inst. h. t. civiliter q.

r. VVesemb. in π. 37 CIVILITER: cum actori CRIMINALITER:  
ff. ibid. n. 14. cum fisco applicatur pœna. r.  
f. per L unic. C.

quand. civ. act. 38. Utraq; vero actio coniungi non potest, sed unâ  
crim. præj. intentatâ altera pimitur & consumitur f. cum utraq; ad  
t. l. 2. Senanci- vindictam tendat. r.

patius. ff. de col. 39. Sed hic quæro, ane quoq; actio L. Aquiliæ  
ben. & actio injuriarum nequeant coniungi vel cumulari?  
Bene hoc fieri posse assero per Ictm. Ulp. qui hoc a his  
insignitiis indiget in L. sed et si. s. §. 1. ff. ad L; Aquil.

u. c. 1. obs. 25. §. si quis. 46 & L. si quis ferovm. 25 ff. de injur. hujus  
sententiae approbatores sunt Mynsingerus. u. Gallius.

x. l. obs. 63 x. Udalric. Zasius. y.

n. 9. 40. Idem statuit Mynsingerus. z. de actione revoca-  
J §. fin. mino. toriâ (auff seinen Widerruf) quam CIVILEM esse (de  
Inst. de action. quo tamen valde controversantur Dd: sed hanc  
2. cent. 2. obs. sententiam fatetur Mynsingerus, dicto loco plurifa-  
§ 4. Gaill. l. 1. rias camerae præjudicijs esse firmatam) & eam con-  
obs. 65. jungere actorem posse dicit cum actione injuriarum  
civilr: sic ut in libello estimationem injurie unâ cum re-  
clamatione sibi applicari petat.

a. l. 7. in pr. C 41. Quisquis verò acturus injuriarum, certum dicat  
§. 4. ff. hic. hic. quid injuriâ factum sit, hoc est, dicat nomen injurie, neque  
subalternatione, putâ illud aut illud, sed illam injuriam se  
passus. a.

42. Circa hæc commode queri potest: An li-  
bello injuriarum, ut admittatur, tempus putâ mensis &  
annus, item locus illata injuria, inseri debeat: Et Andr.

Gaill



Gaill. b. ex communi & in Camera recepta sententiā  
anni, mensis (non item diei; cuius omissio non nocet)  
& loci illatæ injuriæ insertionem omnino necessariam  
esse concludit, tam civili quam criminali actione; nisi  
hoc tantum discrimine attento: quod in CRIMINALI,  
Omissio temporis & loci vitiet libellum etiam parte nō  
opponēte; in CIVILI verò actiōe parte dūtaxat opponēte

b. l. 1. obi. 642

43. *Eo spectat dici certum de injuria: cum qui fa-  
mosam actionem intendit, non debeat vagari cum discrimi-  
ne aliene existimationis: tum quoq; ut iudex hinc in-  
struatur ex injuriæ qualitate, an actionem accommo-  
det, an verò detrectet. c.*

c. l. 7. in pr. & ff.  
2. ff. hic.

44. *Idcirco iudex solers & discretus, & æquitati  
obsecundare sollicitus, cuncta subtiliter dispensans, d  
habebit rationem, tam INIURIÆ quæ admittitur d  
tur, quàm PERSONÆ, in quam sit admittitur: & sic &  
aut permittet aut denegabit actionem. c.*

d. per not. text.  
in. § 2. vers. sed  
quia. 2. Feud. tit  
24.  
e. per. l. item.  
15. §. 44. ff.  
hic.

45. *Nec enim hac actio, sicut & ea de dolo, qui-  
busdam personis datur: ut puta liberis, vel libertis, ad versus  
parentes patronosve; sicut nec Vasallis contra dominos. f.  
cum sit famosa: Sed nec humili adversus eum qui digni-  
tate excellit, debet dari: puta plebeio adversus consularem  
recepta auctoritatis, vel luxurioso atque prodigo aut alias  
vili adversus hominem vita emendatioris & ita Labeo. Qui d  
ergo est? in horum personā dicendum est, in factum, verbis  
temperandam actionem dandam. g.*

f. zas. in sing.  
intell. in L. sinō  
sortem § liberty  
ff. de cond. in  
deb.

46. *At si qualitas injuriæ id suadet, putā si sit a-  
trox, aliud dicendum erit: ut hinc libertus adversus  
patronum liberi adversus parentes injuriarum agere  
possint; quod non intelligi debet de liberis in sacris pa-  
rentum adhuc constitutis. His enim prorsus nec com-  
petit injuriarum actio, etiam si atrox fuerit: h. attamen*

g. l. non deber.  
11. ff. de dolo  
malo

h. l. 7. § 2. ff. hic.



ius ex divi Trajani constitutione. i. provisum est, quã pater contra pietatem filium malè afficiens cogitur emancipare.

l. fin. f. Siquis  
a par. man.

47. Si domini quoq; nimis truculenter saviant in servos (quos tamen Germania nostra non ullo unquã tempore agnovit si Tacito credendum, nisi quod quãdam vestigia extant, in HOMINIBUS PROPRIIS quos vocat die Leibeigene Leute) bonis conditionibus coguntur eos ex Divi Antonini rescripto, k. vendere.

l. §. sed hoc. 2.  
Inst. de his qui  
sunt  
l. in process. Hi  
stor. c. 1. obs. 3.  
n. 28.

48. Quid vero in uxore dicendum erit: uxore pessimè à marito fustibus aut flagellis excepta, potest sine culpa injuriarum agere? Et quidem fatente id Jacobo Airo. l. marito levis quãdam coercitio est permessa: ac si vir intemperijs agitatus propriam uxorem flagellis aut fustibus ceciderit, sine aliqua causarum, quã contra uxores ad matrimonij solutionem sufficiat, cogitur ille pro hujusmodi injuriã ex aliã suã substantiã, uxori etiam constante matrimonio tantum dare, quantum tertia pars ante nuptialis facit largitatis. m.

Novell. 117.  
c. 14.

48. Præterea ob nimiam mariti in uxorem saviam quidam volunt matrimonium separari: vel uxorem fugere posse, ita ut à marito extra Domum alatur. n.

n. Gaill. l. 1. obs.  
17.  
o. l. divorij. 2.  
C. ser. amor.

50. Quod si maritus uxore repetat, cogitur cautione præstare, se non velle eam ulterius inclementer tractare, ut refert, Forster de success. l. 6. c. 3. n. 23. argto. L. fin. §. pen. C. de his qui ad Sacr. Eccles. confug.

51. Injuriarum verò actione uxor contra maritum, intentare non potest: cum constante matrimonio neutri eorum neq; pœnalis, neque famosa actio competit, sed in factum datur actio. o.

52. De MAGISTRATIBUS quid sic statuendum, est latis lubrica ac pertorta quæstio, anne inique



iniquè aliquem incarcerantes vel torquentes, injuriarum conveniri possint? Quod videtur dicendum cum Philippo Hanonio. p. ex L. nec Magistratibus 32. ff. de injur. sed contraria sententia est verior, quam defendit Ampl. Dn. Ernest. Cothman. q. & d. l. 32. dicit eo casu intelligendam, quo Magistratus quasi privatus vel fiducià Magistratus extra judicium injuriam ex privato odio intulit. At ea que jure potestatis à Magistratu sunt, ad injuriarum actionem non pertinent. Nam is qui jure publico utitur non videtur injuria facienda causâ hoc facere. Iuris enim executio non habet injuriam. r.

53. Nec tamen omnis panæ sunt exortes: Sed in syndicatum ob illegitime & inique institutum processum conveniuntur. Quinimo si alijs intolerandis oneribus premant subditos suos, possunt subditi officium & auxilium superioris invocare ad reprimendam illorum saviciam. Et si suæ protervitatis pertinaces erunt, jurisdictione, feudo & potestate sua privari & ab ea eximi, POSSUNTIMO IPSI SUBDITI impunè discedere, ut à Domino repeti aut revocari non queant. f.

54. Quod imprimis facere videtur pro illo afflictiſſimo hominum genere, qui nimio servitutis jugo premuntur, adeo ut ipsis non tantum temporis vacet à laboribus vel angarijs & parangarijs (Frondeinsin) quò se suosq; alere possint. ut merito ingeminari iam posset quod refert Macrob. l. i. saturn: c. ii. Gentilium atq; Ethnicorum tempore nimiam dominorum savitiam in servos vel DIIS exotam fuisse.

55. De quà re graves admodum extant querelæ apud Zasium. t. Myrsing. u. Laill. x. qui plane sunt videndi.

B 3

56. Datur

p. in diss. reg. jur  
11. l. 152.  
9. vol. 3. resp.  
29.

7. l. injuriarum.  
13. § 6. & 1.  
ff. hoc lit.

Andr. Geill.  
in obs. Pract. l.  
2. c. 17. n.

in sing. intell.  
d. l. si non forte.  
u. cent. 5. obs.  
8.

x. l. 7. obs. 17.  
& l. 2. de pasc.  
publ. c. 2. &  
in tr. de Arrest.  
c. 10. n. 70.



56. Datur hæc actio non solum ijs qui PER SE sed etiam qui per ALIAS PERSONAS perpeffi sunt injuriam.

a. l. pater 41. ff.  
hic.

57. Hinc Pater cuius filio facta est injuria non est impediendus, quo minus duobus judiciis & suam iniuriam persequatur & filii. a.

58. Quod dictum per id exemplum, quod ICtus Paulus in *L. eum qui 18. §. 4 ff. b. t.* ad fert optime limitatur. Ut ergo pater suo & filii nomine agat oportet iniuriantem iniuriam in FILIUM FAMILIAS direxisse, quem scivit esse filium familias.

59. Quo casu, si quis sciens FILIUM FAMILIAM esse, iniuria affecit, pater suo & filii nomine agere potest. nam qui scit filium familias: sicut etiam qui scit uxorem esse, ille cuicumq; patri cuicumq; marito, per filium, per uxorem vult facere injuriam. b.

b. l. 18 §. 5. ff.  
hic.

60. Hinc Neratius l. i. §. ult ff. hic ait ex unâ iniuriâ interdū tribus oriri iniuriarū actionem, neq; ullius actionē per aliam consūi ut putà *uxori meæ, filia familias*, iniuria facta est: & MIHI (Sc. marito) & PATRI, filia nomine, & IPSI (scil. uxori filia familias) iniuriarum actio incipiet competere. Hanc eandem facti speciem tractat clarioribus verbis Imper. Justin. in §. *Patitur. 2. Inst. hoc tit. in §. 5. Itaque si.*

61. Sponsum quoq; ad iniuriarum actionem (inquit ICtus Ulp. in *L. item. 15. §. 24. ff. hic.*) ad mittendum, puto: Etenim spectat ad contumeliam eius iniuria quæcunque sponsæ eius fiat.

a. l. 2. ff. hic: §.  
patitur 2. Inst.  
ibid.

62. Quod si viro iniuria facta sit, uxor non agit: quia defendi uxores à viris, non viros ab uxore, æquum est. c.

62. Hæc actio Dominis quoq; datur ex iniuriâ  
servis



**servis illatâ : si nimirum ad fugillationem vel in contumeliam dominorum servis iniuria fiat. d.**

64. Hinc si Vasallo aut subdito iniuria inferatur ane dominus Feudi, vel quis alius superior iniuriarum agere possit, Dd quarunt? Et quidem argumento §. item si liberum. 48. l. item 15. ff. hic. distinguendum, an iniuria Vasallum vel subditum tantum concernat, an verò ad Domini quoq; contumeliam vel dispendium per consequentiam redundet : puta si subditus in carceres detrudatur vel quâ aliâ iniuria reali afficiatur, per quam Domini jurisdictio interturbatur vel fit, quo minus commodè subditi sui operis uti possit. e.

65. Priori casu Dominus non nisi cum mandato posteriori modo agere etiam absq; mandato potest iniuriarum. f.

66. Heredibus autem nec in heredes datur iniuriarum actio. g nisi lis contestata fuerit. h Etenim iniuriarum actio, in bonis nostris non computatur ante litis contestationem. i Unde nec ad heredes transmitti potest : cum nemo plus iuris ad alium transmittere possit, quàm ipse habeat. k.

67. Quam regulam elegantissime restringit ICtus Ulp. in L. 1. §. 4. & 6. ff. hoc tit. dicens : Et si forte cadaveri defuncti fit iniuria cui heredes bonorūve possessores extitimus, iniuriarum nostro nomine habemus actionē : spectat enim ad existimationē nostrā, si qua ei fiat injuria, demque & si fama eius, cui heredes extitimus, laceffatur. Semper enim heredi interest, defuncti existimationem purgari.

68. Agere quis (ait ICtus Ulp. in L. non solum 1). §. 2. ff. hic.) iniuriarum & PERSE & PERALIUM potest, ut puta procuratorem, tutores ceterosq; qui pro aliis solent intervenire. 69.

d. l. item 15. ff. hic. §. 33. ad fin ff. hic.

e. VVeemb. in w. ff. hic. n. 6. f. Gaill. l. 1. obs. 125 per text. in L. qui vim facit ff. de vi & viarm g. §. 1. Inst. de perpet. & tēp act h. l. iniuriarum i. 3. in pr. ff. hic. i. l. 28. ff. hic k. l. 20. ff. de A. R. D. Gl. 120. ff. de R. I.



¶ v. p. f. de his qui  
not. in fam. n. 9.  
Andr. Guill. in  
obs. Pr. l. 2. obs.  
102. & 103.  
in in L. fin. C.  
de injur.

69. Quod verum est in actione injuriarum CIVILITER instituta quâ rei per procuratores in judicio comparere possunt gratia evitandi infamiam quæ quot aliis modis declinetur notant Dd. l.

70. At in criminali injuriarum actione non cuius injuriarum convento integrum est p procuratorem comparere, sed tantum illustribus personis, quibus hoc Divus Zeno m. singulariter indulgit.

71. Iam de ratione tollendæ injuriarum actionis in trans cursu quid tradendum erit.

72. Et quidem injuriarum actio tollitur vel TACITE vel EXPRESSE.

73. TACITE per dissimulationem. Si *Quis enim* (inquit Ictus Ulp in L. non solum ii. §. i. ff. hic.) *injuriam d. reliquerit, hoc est statim PASSUS* (sc. injuriã in ipso momento) ad animum suum nõ revocaverit, postea ex penitentia remissam injuriam non poterit recolare.

74. Illius rei addit Ictus hanc rationem *Quia* injuriarum actio ex bono & equo est: quapropter æquitas actionis omnem metum ejus abolere videtur, ubicunque contra æquum quis venit.

75. *Ad animum revocare* dicitur cum quis ea signa prodatur, quæ magis patientiam & contemptum quàm injuriæ impatientiam vel dolorem arguunt: Quod nostrates Germani vernaculo idiotismo sic efferunt: *Die Schmach sich nicht zu Herben Dhemener zu kopffe! Ziehen.*

76. Qui modus injuriarum abolitionis est maxime dignus Christianis: si quidem *in proprijs injurijs* (ut ait Chrysostomus) *patientem esse laudabile est: injurias autem Dei dissimulare impium est.*

77. Et sane assiduo memoratu quid dignum hac de re profert Tertullianus, dicens: *Satis idoneus patientiæ*



*entia sequēter DEUS. Si iniuriam deposuerit peres eum; alior est, si damnum, restitutor est: si dolorem Medicum, se mortem, resuscitator est.*

78. Unde Thrasybulus Atheniensibus ex summis olim dissidijs reconciliatis tulit Legem ἀμνηστία. Ne retro iniuriam vel uno verbo meminisse impune liceret.

79. Illa verò signa quibus videtur quis remittere iniuriam, sunt familiaris salutatio, colloquium, manuum conjunctio, appotatio, nisi hæc jure aulico (auff Hoffrecht) illa citra præjudicium injuriæ fiant: quando statim ad animum revocata est injuria.

80. EXPRESSE tolluntur iniuriæ, & si pactum de iniuria intercessit, & si transactionem, & si iusiurandum ex-  
Actum erit. o.

81. At pactum illud oportet esse gratuitum. Si quis enim quantocumque pretio sit depectus, infamia notatur. p.

82. Cuius rei hæc dari potest ratio: quod pretium datum de malâ conscientia reddat suspectum paciscentem. q. cum nemo in iure nostro tam resupinus aut profusus habeatur, ut facile suas pecunias iaciet & indebitas expēdat. r.

83. Circa hunc modum iniuriarum abolitionis benè notetur: Si quis expresse per pactum vel transactionem remiserit iniurias, eo ipso non statim censentur actiones ad damna, interesse & expensas competentes simul remisisse: nisi hoc nominatim sit in transactionis instrumento provisum.

84. His modis addunt adhuc duos, quibus tollantur iniuriæ: nimirum per mortem illius qui passus est iniuriam, ante litis contestationem obeuntis. s.

85. Alter modus (qui notatur in L. Si convicij. C. de iniur.) est *Annui Spacij decursus*. Si enim in-

o. per d. l. 1. §. 2  
vers. proinde.

ff. hic.

p. ex l. Athletas

4. §. ult. C. L.

6. §. 3. ff. de his

qui not. infam.

9. l. non damnas

caus. infam. irog

r. l. 25. ff. de pro

bat.

f. argumento 1.

13. in pr. ff.

hic

C

teger



reger annus à tempore illatæ iniuriæ effluxerit, nec  
intra eum intentata fuerit INIURIARUM ACTIO  
non tenebit. At cum semel intra annum instituta fuit,  
durat & plarūq; per litis contestationem: in *Camerá* verò  
per solam citationem & eiusdem reproductionem  
perpetuatur.

86. Quem tamen annū *non Continuum sed utilem esse*  
centent, hoc est non cur rere *ignoranti* à tempore illatæ  
iniuriæ, de momento ad momentum, sed scienti ab eo  
tempore quo quispiam rescivit se iniuria affectū esse *t.*

*t.*  
Gail. in obs. pr.  
l. 2. obs. 105.

*u.*  
Myns. cens. 1. obs.  
84. & Gail. l.  
2. obs. 104.

87. A dicta L. si non convitii *s.* excludunt Dd.  
actionem INIURIÆ SCRIPTÆ: item eam, quæ  
ex L. Corneliâ descendit. Ultramq; dicunt non finiri  
spacio unius anni sed etiã post annū intentari posse. *u.*

88. Pæna iniuriarum ex L. 12. tabb. propter mem-  
brum ruptum, talio: propter os fractum numaria pæna  
constituta erãt. *x.*

*x.*  
Agell. l. 20. c. 1.  
& pæna. Inst  
hic.

*y.*  
d. §. pæna 8. Inst  
hic. vers. Nam  
secundum.

89. Sed Prætores post modum extra ordinem pæna  
edixerunt & in CIVILITER & in CRIMINALITER  
instituta iniuriarum actione.

90. In civili, pæna irrogatur ex illius, qui passus  
est injuriam, æstimatione, quæ crescit & minuitur, se-  
cundū ejusdē gradum dignitatis vitæque honestatē. *y.*

91. Et solet ex recepto judiciorum stylo iudex  
æstimationem injuriam passi taxare & moderari: & po-  
stea actori per sententiam deferre iuramentum: quo  
præstito iudex non potest minoris reum condemnare  
ne periurium actoris per id detegatur.

92. In criminali actione idem idem EXTRA OR-  
DINEM ( ut hoc refert Ictus Hermogenianus in L.  
fin. ff. de ini. ) ex causâ & personâ statui solet. Et servi  
quidem flagellis cæsi dominis restituntur: liberi verò  
humilioris quidē loci, cæteri verò vel exilio temporali,  
vel



vel interdictione certæ rei coercetur. Illa v. pænâ extrâ  
ordinaria ( ut hoc testatur Welsemb. 2 ) quandoq; ad  
mortem extendi potest.

93. De iure Lubecensi l. 4. tit. 4. art. 16. iniurians z. in π. ff. de pro-  
curator.  
pro quolibet verbo, infamiã importante, in 2 loachimicos, & PRÆTERPROPTER ad palinodiam condemnatur; pro iis a. verbis, quæ quidem famam non lædunt, sed bonis moribus ad versantur, 12. solidorum pænâ est constituta. De iure Saxonico per text. Landrecht lib. 2. art. 16. & art. 46 l. 3. injuria afficiens VIRUM etiam nobilem 30. grossorum: MULIEREM injurians; grossorum pænâ afficitur: quod tamen p. novas Elect. const. p. 4. const. 43. est abrogatum & pænâ arbitraria constituta.

94. Ob scriptam injuriam vel famosum libellum seu cum nomine seu sine nomine editum si quis condemnatus sit, INSTABILIS ex Lege 12. tab. esse jubetur. a.

95. Eadem pænâ ex SCto tenetur etiam is, qui *Ἰν- a. l. Lex. 5. §. 9.  
ῥογραφία* ( h. e. inscriptiones ) aliud ve quid sine scriptura ff. hic.  
in notam aliquorum produxerit, item, qui emendandum ven- b. d. l. Lex. 5. §.  
dendumve curaverit. b. pen. ff. hic.

96. Quo pertinent vecordes illi creditores, qui morosos debitores suos ex pacto & conventionem famosis scriptis vel picturis publicitus affixis, traducunt. c.

97. Verum ex nova *Constit Imp. L. unica. de famos.*  
*libel.* pænâ talionis sancita est in famolorum libellorum autores, imo quoq; in eorum repertores, qui famosos libellos statim non corrumpunt, sed vim illorũ manifestant. Gaill. l. Obs. 10.

98. Quod eo casu intelligi volunt, si tale quod crimen in famoso libello, quod capitis pænâ inferat, alicui impingatur.

Quam.



99. Quam moderationem d. L. unic. *Confl. crim.*  
*Carol. 5. in art. 110.* adhibendam esse suadet.

100. Præterea bene firmari potest hic sensus ar-  
gumento illius, quod *Imperat. Leo in Novell. confl. 77.*  
*in fin. de FALSARIIS* sic edicit:

*Sancimus igitur, ut si istiusmodi quedam falsarius conscripserit, ex quibus  
is, adversus quem falsum scriptum concinnatum est, mortis pena subicien-  
dus sit: ipse falsarius penam, quã in aliũ machinari cogitavit, traditus decolletur*

*Auctuaria.*

1. Iudex anne potest vindicare injuriam sibi ipsi  
illatam? D.

2. Ij qui habent merum Imperium vel jus gladij  
(*Das Halsgericht*) non amittunt id propter diu inter-  
missum illius usum, si se fortè non obtulit occasio pu-  
niendi sceleratos: sed antiquas furcas restaurare & lo-  
co collapsas novas erigere possunt.

3. Matrimonium ut sit legitimum, parentum con-  
sensus de jure divino, Canonico & civili necessario re-  
quiritur: si secus fit, initum quidem conjugium non  
rescinditur, injusta tamè erunt nuptiæ, injusta uxor, in-  
iusti liberi: & parentes coeuntes exheredare possunt.

4. Testator remittere quidem potest Inventarii  
confectionem tutori: sed si malè administravit tutelam  
nihilominus damnari potest.

5. Si pro salute totius viciniae, ne ignis latius fer-  
pat, domus vicini obruitur, vicini ad illius restauratio-  
nem in commune contribuere debent.

☉ ☽ ☿ ♃







99. Quam moderationem d. L. unic. *Consl. crim.*  
*Carol. 5. in art. 110.* adhibendam esse suadet.

100. Præterea bene firmari potest hic sensus ar-  
gumento illius, quod *Imperat. Leo in Novell. consl. 77.*  
*in fin. de FALSARIIS* sic edicit:

*Sancimus igitur, ut si istiusmodi quedam falsarius conscripserit, ex quibus  
is, adversus quem falsum scriptum concinnatum est, mortis poena subijci-  
endus sit: ipse falsario poena, qua in alium machinari cogitavit, traditus decollatus*

### *Auctuaria.*

1. Iudex anne potest vindicare injuriam sibi ipsi  
illatam? D.

2. Ij qui habent merum Imperium vel jus gladij  
(Das Halsgericht) non amittunt id propter diu inter-  
missum illius utum, si se fortè non obtulit occasio pu-  
niendi sceleratos: sed antiquas furcas restaurare & lo-  
co collapsas novas erigere possunt.

3. Matrimonium ut sit legitimum, parentum con-  
sensus de jure divino, Canonico & civili necessario re-  
quiritur: si secus sit, initum quidem conjugium non  
rescinditur, injustæ tamè erunt nuptiæ, injusta uxor, in-  
iusti liberi: & parentes coeuntes exheredare possunt.

4. Testator remittere quidem potest Inventarii  
confectionem tutori: sed si malè administravit tutelam  
nihilominus damnari potest.


5. Si pro salute totius viciniae, ne ignis latius ser-  
pat, domus vicini obruitur, vicini ad illius restauratio-  
nem in commune contribuere debent.

① 57 207ca.














certa rei coercetur. Illa v. pana extra  
hoc testatur Welemb. z ) quandoq; ad  
li potest.

re Lubecensi l 4. tit. 4. art. 16. iniurias z. in *π. ff. de pro-  
curator.*

arbo, infamiã importante, in 2 Ioachimi  
ETERPROPTER ad palinodiam con-  
tis a. verbis, qua quidem famam non  
nis moribus ad versantur, 12. solidorum  
tituta. De iure Saxonico per text. Lands  
16. & art. 46 l. 3. injuria afficiens VIRUM  
30. grossorum : MULIEREM inju-  
um pana afficitur: quod tamen p novas  
4. const. 43. est abrogatum & pana  
tituta.

criptam injuriam vel famosum libellum  
e seu sine nomine editum si quis condē-  
TABILIS ex Lege 12. tabl esse jubetur. a.  
n pana ex SCto tenetur etiam is, qui *Stri-  
inscriptiones*) aliudve quid sine scriptura  
rum produxerit, item, qui emendatū ven-  
averit. b.

a. l. Lex. 5. §. 9.  
ff. hic.  
b. d. l. Lex. 5. §.  
pen. ff. hic.

pertineat vecordes illi creditores, qui  
ores suos ex pacto & conventionē famo-  
picturis publicitus affixis, raducunt. c.  
ex nova *Constit Imp. L. unica de famos.*  
alionis sancita est in famolorum libel-  
simo quoq; in eorum repertoires, qui  
s statim non corrumpunt, sed vim illorū

Guil. l. obs 10.

eo casu intelligi volunt, si tale quod cri-  
libello, quod capitis panã inferat, alicui

Quam